Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XLVIII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

contemptor dicitur unde et Criso. Non est
eis excusacio dampnationis ignorancia ue-
ritatis quibus fuit inueniendi facultas nam
ueritas salus et uita cognoscentium se magis
debet queri quam querere unde et bern. Multa
scienda nesciuntur aut sciendi incuria aut
discendi desidia aut uerecundia inquirendi
et quidem huiusmodi ignorantia non habet
excusacionem Et iterum frustra sibi de infirmi-
tate uel ignorantia blandiuntur qui ut libe-
rius peccent libenter uel ignorant uel infirmant
hec ber. Sed pauci per ignorantiam excusantur
quia ut ait leo papa intonante cottidie au-
ribus nostris eloquio dei omnis homo quid diuine
iusticie placeat scire conuincitur unde et be-
da Nemo igitur ex eo quod dictum est ser-
uum nescientem uoluntatem domini uapula-
re paucis interpretandum de remedio nesci-
endi presumat qui ut alia taceam ex eo ipso
quod homo est nec mala que caueat nec bona
per ignorantiam que appetat Ut autem dicit hic
glo. inter omnes penas mitissima est eorum
qui preter originale peccatum nullum addiderunt
minor postea eorum qui ex ignorantia pec-
cauerunt postea eorum qui ex infirmita-
te tamen scienter postea eorum qui ex ma-
licia Et nota quod licet grauius sit peccare ex
certa sciencia periculosius tamen est pec-
care ex ignorantia Deinde reddit cau-
sam dictorum quia ab omni cui plus datur et
cui plus committitur de gratiis plus exigetur
et queretur in hoc tempore ut non solum sibi sed
etiam aliis proficere doceatur et in die iudicii
quando de omnibus commissis racio exigetur Quanto
enim dominus plura bona et dona homini confert
tanto magis et maiori contemptu deum
offendit cum peccat et ideo magis punietur
quia potentes potenter tormenta patientur
et fortioribus fortior instat cruciatus Et
ergo merito cognoscens plus et non cognoscens
minus uapulabit quia isti plus illi
minus est commissum hoc specialiter potest in-
telligi de hiis que data sunt prelatis ad regi-
men aliorum uel generaliter de hiis que data sunt
unicuique ad regimen proprium et hec siue sint bo-
na nature siue fortune siue gratie unde beda
Multum sepe datur etiam quibusdam priuatis
quibus etiam cognitio dominice uoluntatis
et exequendi que cognoscunt facultas impe-
ditur Multum autem commendatur ille cui cum
sua salute dominici quoque gregis pascendi cura
committitur Maiori ergo gratia donatos et si
delinquerint maior uindicta sequitur unde
et Criso. Quanto enim maius aliquis beneficium
accipit tanto magis est obnoxius pene magis-
tus existens et nec honore melior effectus
Propter hoc utique et diuites pauperibus magis
puniuntur mali existentes quando neque in prospe-
ritate facti sunt mansueti hec Criso. et non
tantum reddemus racionem de hiis que accepimus sed
etiam de hiis que accipere potuimus si per nos
non stetisset quod negligentes et desides ualde ter-
rere deberet Oratio

Domine ihesu christe qui iussisti et lum-
bos restringere et lucernas ardentes
tenere tu ipse lumbos nostros precinge ut nulla
nobis dominetur iniquitas et ad nullum de-
clinemus peccatum lucernas nostras tu ipse ardere
fac ardentes quoque custodi ut non infrigescat nostra
caritas sed semper ad tuam iusticiam faciendam omnis
nostra cogitatio locutio et operatio dirigatur Fac me
domine uigilanter et sollicite aduentum tuum
expectare ut letus te suscipiens ad gaudia
eterna ualeam te miserante peruenire Amen

De decem uirginibus xlix capitulum

Postquam dominus ostendit quan-
dam antecedentia iudicium
et monuit ad uigilandum
consequenter describit ipsum iudi-
cium Et quia uniuersitas iu-
dicanda distinguitur in tres status scilicet
actiuorum contemplatiuorum et pre-
latorum ideo tres ponit parabolas ad
istos tres pertinentes Prima est de decem

uirginibus et pertinet specialiter ad conte=
platiuos virginitas enim uitam contempla=
tiuam significat quia castitas mentem a car=
nalibus eleuat et sic ad contemplacionem veri=
tatis disponit Numerus autem denarius vniuer=
sitatem contemplatiuorum significat quia
numerus solum usque ad decem procedunt vel dece
propter operum legis obseruanciam Nichilominus
tamen ad omne genus boni potest hec parabo=
la referri Et primo circa uitam contemplatiuam
et consequenter etiam aliorum ponitur meri=
tum et demeritum sub examinacionis iudici=
um Optat quippe dominus ut nos cum vene=
rit inueniat paratos et cum eo ianuam
regni celestis intremus et ne excludamur
in prouidencia fatuitatis et claudatur ianua
sponsi celestis unde uigilare oportet quia
nescimus quando sponsus ueniet Ut cur sit quod
uigilare docet et ad hoc parabolam de dece
uirginibus inducit Simile est enim regnum
celorum i. pris eciam militans specialiter
quantum ad statum contemplancium et nichilo=
minus ad statum aliorum decem uirginibus co=
tinentibus quarum quinque erant fatue quia
uanitati quinque sensuum seruierunt et opera
sua bona de genere non ad finem debitum
ordinantes propriam gloriam et fauorem seu lau=
dem hominum uel questum principaliter in eis
intenderunt et quinque prudentes quia veri=
tati pro eternis seruierunt et opera bona
sua ad finem debitum scilicet ad gloriam dei prin=
cipaliter et ad perfectionem suam et edificacionem proximi
consequenter ordinauerunt Huius recte eciam si=
militer prohibetur quia in ea boni et mali
religiose et supersticiose continentes permix=
tim continentur que per quinque prudentes
et per quinque fatuas uirgines quinque pertinum
sensuum continenciam a carnis illecebris
et uoluptatibus significantes intelliguntur
Quicumque enim opera bona sua pro uana glo=
ria uel questum faciunt fatui quidem sunt
et si prudentes esse uideantur Unde enim et vir=
gines dicuntur quia bona operantur et boni
ab hominibus uidentur Sunt igitur in ac=
cione virgines et intencione corrupti quia
bona que agunt non casta et sincera inte=
cione faciunt Et merito dicuntur uirgines fa=
tue quia bonum opus de genere perdunt propter
defectum intencionis recte Magna quippe fatui=
tas est difficilia et ardua aggredi et susti=
nere sine fructu et utilitate Magna enim fa=
tuitas est ieiunare uigilare carnem affli=
gere orare et similia facere et nullam aliam mer=
cedem nisi vanam gloriam expectare De ta=
libus enim dominus ait receperunt merce=
dem suam Prudentes vero tantam intencionem
ad deum referunt et pro operibus suis a
deo tam soli placere cupiunt mercedem reci=
piunt Prudencia quippe magna est ex
modicis magna acquirere sempiterna Et
in hiis diuiditur totus mundus et tota fi=
delium multitudo quia ut dicit Ieronimus fatuas
etiam uirgines prudentes habet pro deo bene
operantes et fatuas pro uana gloria labo=
rantes Videat ergo vnusquisque ut bonum
opus bene et bona intencione faciat quia
non bonum facere sed bene facere laudabi=
le est Non enim uerbis meremur sed aduer=
biis i. non in eo quod aliquid faciamus sed in eo quod
bene faciamus Omnes vero accipientes
lampades suas i. opera bona de genere ex=
ierunt obuiam sponso et sponse ad hoc enim
debet ordinari exercicium vite nostre ut bo
possit secure et decenter xpo ad iudicium
uenienti obuiare Sed quinque fatue acceptis
lampadibus i. operibus suis non sumpserunt
oleum secum i. non habuerunt spirituale gau=
dium quod oritur ex operibus bonis propter deum
factis et hoc propter defectum recte intencionis
Ut enim dicit augustinus qui non propterea gaudet
quia intrinsecus deo placet non habet ole=
um secum Prudentes vero acceperunt oleum
in uasis suis i. intra conscienciam cum lampadi=
bus i. cum bonis operibus hoc est ut dicit

aug. leticiam bonorum operum in corde atque consciencia posuerunt quia ipsi rectitudine intencionis gaudent in domino de suis operibus bonis Dicitur autem gaudium istud oleum quia nutrit et fovet caritatis ignem Ex hoc enim quod aliquis delectatur in opere fortius et melius operatur et per hoc disponitur ut ei maior caritas infundatur Omnes quippe virgines tam fatue quam prudentes acceperunt oleum sed prudentes acceperunt oleum in vasis cum lampadibus fatue autem solum in lampadibus non in vasis ita quod vasa habuerunt vacua sic in ecclesia quidam accipiunt oleum in lampadibus quod videantur ab hominibus boni interius autem sunt bonitate vacui et mali Moram autem faciente sponso id est christo differente iudicium scilicet donec impleatur numerus electorum dormitaverunt omnes quantum ad languorem corporis et dormierunt quantum ad sompnum mortis vel dormitaverunt per negligenciam et teciam unde Criso. Tardante consumacione seculi non solum peccatores sed iusti et spirituales ad negligenciam sunt devolvendi et ad carnalia delectamenta transituri ut impleatur illud psalmi salvum me fac domine quoniam defecit sanctus quoniam diminute sunt veritates a filiis hominum Et bene comparatur mors sompno quia a morte erit ad vitam excitacio Deinde ponitur examinacionis iudicium circa predicta opera contemplancium et aliorum cum dicitur Media autem nocte id est subito nullo sciente ac sperante quia dies domini sicut fur in nocte ita veniet vel quia tempus iudicii est nobis occultum ideo signatur per mediam noctem quia illa que fiunt nocte media sunt hominibus occulta clamor factus est tubarum angelorum excitantis mortuos et convocantis ad iudicium Quantus clamor quia non erit aliquis ita alta in celo nec ita profunde in inferno nec corpus in sepulcro quin audiat hunc clamorem et contremiscat Ad literam media nocte secundum quosdam fiet iudicium quia angelus egiptum devastavit et dominus infernum spoliavit eademque hora electos suos de hoc mundo liberabit sed secundum alios de die celebrandum dicitur quia nox illa sicut dies illuminabitur Tunc surrexerunt omnes ille virgines fatue et prudentes quia omnes scilicet boni et mali resurgent ut in iudicio appareant et ornaverunt lampades suas id est aptaverunt raciones operum suorum reddendas cogitando et numerando apud se opera sua pro quibus expectabant remuneracionem iste enim ornatus non est aliud quam recursus ad mentem cogitando de iusticia operum suorum et bonitate conscienciarum ac reddenda racione eorum hoc enim commune est fatuis et prudentibus sed in fatuis est vana fiducia in prudentibus vera Ad veritatem quippe ornatus lampadis tria exiguntur videlicet claritas vitri in quo significatur puritas quo ad seipsum plenitudo olei in quo intencio ad proximum inflammatio ignis in quo fides cum dilectione ad deum que omnia in prudentibus sunt et in fatuis deficiunt Et fatue sua fiducia decepte dicunt sapientibus Date nobis de oleo vestro quasi diceret iusticia vestra sufficiens est nos glorificare et nos excusare exhibetis ergo nobis vel feratis testimonium de operibus nostris que vidistis quia continentes et fideles quia lampades nostre extinguntur id est opera nostra que videbantur nobis lucere et clara hominibus foris apparere in adventu iudicis intus obscurantur quia oleo vere glorie et intencionis recte privantur Nam secundum aug. quorum facta aliena laude fulciuntur eadem subtracta deficiunt Responderunt prudentes dicentes Ne forte non sufficiat nobis et vobis Ista peticio vana et responsio negativa significant quod tunc nullus ad alium conversus iustum poterit pro auxilio habendo recurrere nec aliquis quantumcumque iustus poterit alium iuvare sed vix sibi soli sufficiat sua iusticia unde aug. unusquisque pro se racionem reddet nec alieno testimonio quisque adiu-

-uabitur aput deum et ipſo ſibi quiſqʒ ſuffiat ut ei teſtimonium perhibeat conſcīa ſua vnd' ex vero. hoc non de auaritia ſʒ de timore di- cunt quia vnuſquiſqʒ pro opibus ſuis mer- cedem accipiet nec poſſunt in die iudicii ali- orum uirtutes aliorum uitia ſubleuare. Ite ergo potius ad uendentes et emite uobis. Qu' dicerent ſm aug'. cernimus eorum come- morando videamus nunc ꝙ vos adiuuet qui uobis laudes vendere conſueuerunt et uos in errorem inducere ut non coram deo ſʒ ab hominibus gloriam quereretis. Exprobratio eſt preterite fatuitatis in hoc ꝙ bō opera de genere dederunt pro fauore lau- dis humane quia venditores ſunt adulato- res qui dicerent eis conſiderate ꝙ ualuit uobis pro tali fauore continentis viuere. ¶ Dum aut' irent emere tropice loquitur i. ſi ad huc viuerent et inuenirent irent emere in quo implicatur ꝙ remanet af- fectus et habitus uanitatis preterite. Id eſt ſm aug'. dum inclinarent ſe in ea que foris ſunt et ſolita gaudia requirerent venit ſponſus ſʒ ille qui iudicat i. xpc ut remunerator bonorum fiat. Et que per opa caritate opera parate erant ſʒ prudentes uirgines quibus ſm aug'. bonum teſtimonium coram deo conſcīa perhibebat Intrauerunt cum eo ad nuptias ſʒ ad ce- leſtis regni gloriam et fatuis excluſis et ad penam relictis clauſa eſt ianua i. aditus ad regnum celorum qui non eſt alicui poſt iudicium. Ianua mſq' triplex ſʒ miſericordie ad indulgendum que modo omnibus aperitur gratie ad merendum que modo omnibus offertur glorie ad intrandum que modo oī- bus penitentibus reſeratur. Ergo clauſa eſt excluſis reprobis incluſis electis opibus conſummatis. Non enim ut ait aug'. Poſt iudicium patet precum aut meritorum locus. Vnde et Criſo. Vere eſt terribile illud iudicium ut nec innocentia ſibi confidat.

Tantus timor erit omnium etiam ſanctorum ut nemo ſperet ſe iuſtum inueniendum ſʒ ad huc timeat ne forte reus exiſtat. Quo- modo ergo pro peccatoribus tunc interce- dant ſancti cum timeant ipi de ſe. Nam ſicut tempore miſericordie iudicium non recipit ſic et tempore iudicii miſericordiam non recipit. ubi aut' locum mia non habet nec intercessio nec intercessio ualet ibi etiam greg'. Si ſapit in cordis palato poſſit quid admirationis habet quod dicitur venit ſponſus ꝙ dulce- dinis intrauerunt cum eo ad nuptias ꝙ amaritudinis et clauſa eſt ianua. Tunc regni ianua lugentibus clauditur que mo- dodie petentibus aperitur. Quia nequaquam tunc veniam inuenit qui modo tempore venie aptum perdit. Ibi a domino non poteſt mereri quod petit qui hic noluit audire quod iuſſit. hec greg'. Nouiſſime per nimis tardam et infructuoſam penam veniunt et relique virgines dicentes Domine dne aperi nobis per hoc ꝙ vocant eum dnm ſignificatur ꝙ cre- diderunt in xpm vnde Criſo. Egregia qui- dem in domini appellatione confeſſio ideo repetitum iudicium fidei eſt. Sʒ ꝙ prodeſt voce inuocare ſi opibus neges. Non humanis uerbis hec aguntur ſʒ conſcientie ſibi loqui- tur. Et quia fides carum fuit informis et ſm aug'. magna eis ſeueritas poſt iu- dicium cuius ante iudicium ineffabilis mia porrigata eſt ideo reſpondens ait Amen dico uobis neſcio uos i. non cognoſco ſʒ notitia approbationis qua ſoli electi a deo cognoſcuntur. Qu' diceret ideo uos deſero quia uitē meri- tum in uobis non agnoſco. Neſcit eas et re- pellit quia ſm aug'. non intrant in gau- dium eius qui non coram deo ſʒ ut place- rent hominibus iuſti ſunt aliquis ſm precepta eius operati. In fine aut' intentam concluſione infert ad maiorem inſtructionem dicens Vigilate itaque ad habendum fidem caritate forma- tam et uos ad mortem et iudicium ſollicite

parando antequam veniat sponsus nos ad hec subito notando quia nescitis diem neque horam mortis vel iudicii et etiam mortis nostre dubie sollicite testimonium bone consciencie nobis preparemus ne si iudex nos inveniat imparatos cum fatuis virginibus foris remaneamus Singulorum enim discucientur actus accusante vel excusante consciencia utriusque unde Iero. De hoc autem quod infert vigilate itaque quia nescitis diem neque horam intelligimus universa que dicta sunt esse premissa ut quia ignoramus iudicii diem sollicite nobis lumen bonorum operum preparemus vigilia enim opus est mentis ante mortem corporis ut autem dicit aug. non solum illius ultimi temporis quo venturus est sponsus sed et sue quisque dormitionis diem et horam nescit Quisquis autem paratus est usque ad mortem que omnibus debetur paratus invenietur etiam cum illa vox media nocte sonuerit qua omnes evigilaturi sumus Itaque ut dicit Criso. revocemus ad memoriam eos quod de virginibus refertur que exclusi sunt a thalamo sponsi propter olei defectum Ponamus nosmetipsos in illis que excluduntur et vide qui dolor que pena sit si cogitemus posse etiam nos eadem pati cum negligimus Et ne aliquis ita lapideus qui hoc exemplo non moveatur et timeat ne similia incurrat hec Criso. Igitur vigilemus et opera lucis agentes in vigilia huius vite ornemus lampades nostras et opera ut habentes oleum ac gloriam et gaudium in consciencijs nostris parati intremus cum sponso ad nupcias regni celestis unde dicit hic Criso. quod iudei exituri de egipto expediti et precincti agnum iussi sunt manducare et ad deum parati ostendentes nobis quod quicumque nostri agni eucaristiam manducant ita debent esse expediti qui cottidie exituri de mundo Ad hoc ergo intendit parabola ut ad futura oculos cordis aperiamus mala evadamus deserendo culpam bona promereamur sectando iusticiam et cum omni

diligentia cottidie expectemus domini adventum cuius nescimus diem neque horam ubi Greg. quia post etiam deus primam suscipit si surget quisque de presenti seculo quo tempore exiret aliud tempus voluptatibus atque aliud penitentie aptare potuisset Sed qui penitenti veniam spondet peccanti diem crastinum non promisit semper ergo extremum diem debemus metuere quem numquam possumus providere Illa hora est nunc exitus semper intuenda ista redemptoris admonitio ante mentis oculos semper ponenda qua ait vigilate itaque quia nescitis diem neque horam hec Greg. Ille ergo qui expectant ut in ultima hora convertantur falli possunt qui vero in bono perseverant falli non possunt Omnis enim homo in eo iudicatur in quo invenitur Et ergo numquam nisi in bono iudicantur qui semper in bono inveniuntur Igitur ait richardus debet anima perfecta et assidue summorum contemplationi dedita omni hora peregrinationis sue terminum et ergastuli huius egressum cum summo desiderio expectare et ad illud divine contemplationis spectaculum quod in futura vita speramus animum suum suspendere et in eiusmodi expectatione vehementi desiderio anhelare ut id quod interim videt per speculum et in enigmate mereatur facie ad faciem videre Oracio

Domine ihesu christe sponse bone da ut cum prudentibus virginibus bona opera et intencione recta facere ac in eis vigilanter perseverare ut paratus inventus ad nupcias tuas valeam gaudens intrare Peto domine ut notum facias michi finem meum antequam veniat et ne me ante finiat sinas quam peccata mea dimittas et ut in hora exitus mei visitacio divina super me non veniat et potestas tenebrarum michi non occurrat nec noceat sed talem me dies examinacionis reddat qualem me fons regeneracionis exhibuit

De talentis et bonis a domino servis suis traditis xlv capitulum